



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 25. Forma professionis fidei qua lingua concipi, quarumve rerum
explicationem continere, ac quoties iterari soleret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

332 De Antiq. Bapt. rit. ac Cær.
ad gratiam tuam, oblatum esse dicebat Vltima
presbyteris, vt secretius redderet, sicut nonnulli
Verecundia trepidaturi videbantur, offerimus
illum autem maluisse salutem suam in conspectu
Ete multitudinis profiteri, itaque Vbi ascendit
redderet, omnes sibi inuicem quisque, vt
nouerat, in strepuerunt nomen eius strepitu con-
lationis, &c.

Forma professionis fidei qua lingua concipi-
tur, & rerum explicationem continet, ut
quoties iterari solet.

CAP. XXV.

Professio-
nis forma
Latinis ver-
bis concipi-
ebatur.

In profes-
sione qua-
ram rerum
mysteria
explica-
rentur.

Videamus nunc, quæ ad formam pro-
fessionis fidei pertinent. perspicuum
autem primò, ab omnibus, qui Ecclesiam
manu consuetudinem sequebantur, Latinis
verbis conceptam esse: vt est apud Origenem
Romanum tit. de denunciati. scrutin. ad
his verbis: interrogat eum presbyter Latinè, et
nens manum acolythus super caput infantis, et
Symbolum Latinè decantando his verbis: Credo
num Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli
Secundò, abstrusissima Trinitatis mysteria
quæ ad Ecclesiam, omnium matrem, ac
stram, baptismi gratiæ mortiferis scelera
amissæ redemptionem, & felicitatem
nam bonis omnibus cumulatam pertinere
accuratè in ea explicata fuisse. de qua
scriptores mentionem fecerunt; S. Cyprianus

Epist. 70. ad Januar. cum dicimus: credis in vitam
aeternam, & remissionem peccatorum per sanctam
Ecclesiam? intelligimus remissionem peccatorum non
nisi in Ecclesia dari. S. Hieronymus cont. Luci-
ferian. cum solenne sit in lauacro post Trinitatis
confessionem interrogare; credis in sanctam Ecclesiam,
credis remissionem peccatorum? in quam Ecclesiam
credidisse cum dicit? & Ordo Romanus tit. de
die Sabb. S. interrogat Pontifex: credis in Deum
Patrem omnipotentem, creatorem caeli, & terrae?
Resp. Credo. Item: credis & in Iesum Christum
filium eius unicum Dominum nostrum, natum, &
passum? Resp. Credo. Item: credis & in Spiri-
tum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, san-
ctorum comunem, remissionem peccatorum, carnis
resurrectionem, & vitam aeternam? Resp. Credo.

Quae auctoritas amplius demonstrat, ab ijs, In fidei
qui fidei professionem edebant, exigi solitum profes-
esse, num genus humanum extremo voluen- ne mor-
tuum re-
tium saeculorum die in vitam reuocatum iri, surrectio-
crederent. Atque huius consuetudinis aliud nis siogu-
testimonium S. Ioannes Chrysostomus sup- laris metio
peditat orat. 40. in cap. 15. prioris ad Corinth. fiebat.
vbi contra Marcionis sectatores probare ag-
gressus, fore, vt animae vita functae rursus cor-
pora induant, sic ait: Vobis primum, qui myste-
rys initiati, volo in memoriam reuocare eam dictio-
nem, quam in illa vespera iubent nos dicere, qui my-
sterio initiati. nam post mysticorum illorum, & ter-
ribilium verborum enunciationem, & horrendas re-
gulas dogmatum, quae e caelo sunt demissa, hoc quo-
que in fine addimus, quando sumus baptizandi,
ambientes dicere, credo in resurrectionem mortuorum,

In fidei
profes-
sione mor-
tuorum re-
surrectio-
nis siogu-
laris metio
fiebat.

Et in hac fide baptizamur. postquam enim in
fesi sumus cum alijs, tunc demittimur in
sacrorum illorum fluentium. hoc ergo in
reuoans dicebat Paulus, si non est resurrectio,
baptizatis pro mortuis? propter hoc enim baptizati
mortui corporis credens resurrectionem, nempe
non maneat mortuum. Tertio tribus vicibus

Professio-
nis forma
tribus vici-
bus repe-
bitur.

« Dionys.
Areopag.
de Eccles.
hierarch.
cap. de bap.
& Ord.

Roman. tit.
de die Sab-
bat. 5.

Cur pro-
fessionis
forma te-
concipere-
tur.

Professio-
nis fidei
ter edendz
mos a S.
Petro de-
sumptus.

ri solitam esse. quod quamquam dubita-
nem non habet (est enim communis omnia
opinio, conuinciturque veterum scriptura
testimonijs sic, vt, contra si quis dicere
non audiat) tamen, ne quid pratermi-
mus, rationes quoque, cur hoc ita esset, re-
tendas puto: quarum prima est, vt tres di-
naturae personas indicarent; altera, vt tri-
cem maculam, qua quis animae splendorem
infecerat, ore, corde, & actione, trina con-
fessio aboleret. Vtramque verò Sane. Ambrosius
apertè significauit: vt cum lib. de Spir. lib.
cap. ii. scripsit: *in mysterijs interrogatio tri-
fertur: & non confirmatio trina celebratur. man-
potest quis nisi trina confessione purgari. & lib. de
sacram. cap. 7. tertio interrogatus es: credis, &
spiritum sanctum? dixisti, credo, vt multo
lapsus superioris aetatis absolueret trina con-
fessio. Nec dubium est, quin Ecclesia eam conser-
dinem ex S. Petri exemplo desumpserit, ter
interrogatus, an Christum diligeret, ter
responsione affirmavit. extat siquidem e-
dem S. Ambrosij eodem lib. 2. de sacram.
7. illa vox: *vt nobis afferatur exemplum, factum
Apostolus Petrus, posteaquam in passione de-
lapsus videtur infirmitate conditionis humanae,**

antea negauerat, postea, ut illum lapsum aboleret, & solueret, tertio interrogatus a Christo, si Christum amaret, tunc ille dixit, tu nosti Domine, quia amo te; tertio dixit, ut tertio absolueretur. sicut ergo peccatum dimittit Pater, sic dimittit filius, sic & spiritus sanctus. & S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. cap. 64. cum hanc triplicem Christi interrogationem, & Petri responsum retulisset, hinc, ait Ecclesia regulam tertio interrogandi esse accepit, qui ad baptismum accedunt, ut ternam Christi confessione fidelibus adnumerentur.

Proficientes ad Orientem solem spectasse.

CAP. XXVI.

DE modo autem profitendæ fidei, & corporis gestibus, quos exprimebant, tam multa veterum monumentis tradita sunt, ut merito liber impleri posset; sed nos, qui breuitati studemus, paucis erimus contenti. Principio quidem ad Orientem solem spectabant; quemadmodum veterum scriptorum lectione compertum est. memini enim verborum illorum, quæ S. Dionysius Areopagita, cum profitentium ritus enumeraret, lib. de Eccles. Hierarch. cap. 2. scripsit: ipsum ad Orientem transfert, nec excidit præclara S. Gregorij Nazianzeni autoritas, quam orat. 40. in san. bapt. nobis reliquit: ad occasum inuersus, Satanam abiurabis: rursusque ad ortum tere conuertens,

Proficientes, ad Orientem solem spectabant